

Extractum ex actis Scabinorum civitatis
Plocensis, super emptione area Campskye
ex causa permutationis pro area Byetraz-
mowskyye, que area quondam Campskich nunc
est incorporata in curiam episcopalem

Anno Domini millesimo quingentesimo duodeci-
mo, feria secunda in vigilia sanctorum Phabianiet
Sebastiani. Constitutus personaliter nobilis Dominus
Cristophorus Campski, suo et fratrum suorum nomine
bus, coram domino Joanne Polamb advocato, Stanislas
Pambynski et Joanne Speciano, scabinis civitatis Plo-
censis, omnibus quibus debuit et potuit melioribus mo-
dis, cessit et totaliter resignavit, domum et aream
domus, quam habuit in civitate Plocensi, vicinam et
contiguam curie reverendissimi Domini in Christo pu-
lis domini episcopi Plocensis, ipsi reverendissimo do-
mino Erasmo episcopo Plocensi, cum omni iure et
dominio ac tota proprietate, quam ipse et domini de Cam-
pa habuerunt et tenebant. Et hoc ex causa permu-
tationis pro alia domo Byetramowsky, quam habuit
a prefato reverendissimo domino episcopo, et promisit
prefatum reverendissimum dominum episcopum et
sua reverendissima paternitatis successores reddere inde-
mnem, et ipsam domum liberare, et liberam facere ab
omnibus si que sunt vel fuerunt debita vel illibera-
tionis, et in eventum alicuius difficultatis, ex tunc non
ipsius reverendissimi domini episcopi, sed ipsius domi-
ni Campski damna erunt, pro quo fideiussit et
se submitit. Et ibidem dominus advocatus ex officio
dedit inbomissionem, in domum et aream domini Camp-
skij. Presentibus ibidem venerabili et nobilibus dominis

Jaobo

2

Jacobo Czylek de Lypowjece, canonico et officii
ali Blocensi, Andrea Ofonyerky, Joanne Batricor:
ki, et aliis quàm pluribus circa pramissa.

Extractum ex actis domi:
norum Scabinorum civi:
tatis Blocensis sigillo e:
iusdem civitatis consigna:
tum